

eande superfluitatis subiugens ait (Sufficit enim monacho duas tunicas & duas cucullas habere ppter noctes & propter lauare ipas res) **U**bi nota qd ex hoc loquidetur qd monachi no solu vestiti tunicis sed etia cucullis debeant dormire quia sanctus pater inquit. Sufficit monacho duas tunicas habere & duas cucullas propter noctes: sed licet nobis prima facie ita videatur nihilominus qd hoc graue est et duru: antique consuetudini ordinis que vt interpres legis habenda est standus in hac parte potius consulimus. **S**ecundo aduertendu qd duas causas assignat scus pater propter quas permittat fratribus duas tunicas & duas cucullas habere. **P**rima tangit cum ait ppter noctes id est ppter dormitione in qua monachi vestiti iacere debent. **N**o videtur aut docere vt monachi eisdem vestibus vtant per diem in conuersatione hoium quibus de nocte i dormiendo: ratio est manifesta scz propter sordes. **S**ecunda tangit cu dicit ppter lauare ipas res. i. propter lotionem ipsaru reru vt scz frater tempore quovna tunica exponit lauanda siue mutanda habeat alia ad induendum: & ita de cuculla. **S**equit (iam qd supra fuerit) id est quod habitum fuerit ultra duas tunicas & duas cucullas (sup. fluu est & amputari debet: & pedules & qd cunq; est vetustum reddant du accipiunt nouu) hoc planuz est. **C**irca hanc partem in qua sanctus pater de disciplina indumentoz ipsoz monachozum: loquitur pro pleniori instructione est notandum qd in habitu possunt esse multa reprehensibilia que a discipulo huius schole sunt oino vitanda: de quibus aliqua iam tacta sunt & tangem' decem. **P**rimu e qd nimia preciositas. **E**um enim religiosus pre ceteris debeat perfectioni humilitatis intedere no est illius querere honorez in domo dei sed abiectioez. **H**uiusmodi aut abiectio maxime consistit in vestium humilitate. **Q**uare Augustinus in regula: **N**o sit notabilis habitus vester vt affectetis vestibus placere sed moribus. **E**t in libro de vita solitaria dicitur: **I**ntantu interioribus suis animu: cuiusmodi esse debet animus viri religiosi: magis dicet oia exteriora inculta & neglecta. **D**iligentia quippe circa

vanitatem exterioris ornatus signum est negligentie circa interiorum ornatu **B**ernardus. **N**on tm curaretur corporis cultus nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus. **O**rnatus corporalis impedimentu est ornatus spiritualis. **C**iprian' Serico et purpura induti xpm induere non possunt. **A**uro & margaritis & monilibus ornamentum cordis & pectoris perderunt. **D**e preciositate vestium dicit glosa super illud **Luce xv.** **Q**ui induebatur purpura & bysso. **S**i cultus preciosaru vestium culpa no esset sermo dei non tam vigilanter exprimeret qd diues purpura et bysso indutus apud inferos torqueretur **S**cdm reprehensibile in habitu est aie subtilitas. **U**nde Cassianus libro pmo institutionu sanctoz patrum. **T**estis quoq; sit monachi que corpus contegat tantum ac repellat verecundiam nuditatis: & frigidis retundat iniuria: non que seminaria vanitatis aut elatiōis enutriet dicēte apostolo. **H**abentes aut alimenta & operimenta his contenti simus **B**ernardus: **H**anc vestiu subtilitatez in fratribus suis reprehendens sic dicit: **I**am queris ad induendum non quod vtilius sed quod subtilius inueniatur: non quod frigus repellat sed quod superbire compellat: no deniq; iuxta regulam quod vilius comparari potest sed quod vetustius imo vanius ostentari. **T**ertiu reprehensibile in habitu est vestium mollicies. **M**ollia quidem vestimenta animi molliciem indicant. **N**on decet eos qui ad desertuz claustru confugerunt indumenta mollia. **M**ath. xj. **Q**ui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. **E**t super illud **M**ath. iij. **I**pse Joānes habebat vestimenta de pilis cameloz: dicit glosa: **S**eruus dei no debet habere vestimentum ad decorē vel delectationez: sed tantu ad tegendum nuditate. **N**on decet hominem virilem: veste habere muliebre **H**ieronymus: **N**o tenera vestis sed mundicia mentis ornamentuz facit. **E**xo. xxij. **N**on induet vir veste feminea. **Q**uartum reprehensibile in habitu est nimius nitoz qui attendi videtur in colore: **S**eneca **N**o splendeat toga nec sordeat **H**ieronymus: **O**rnatus & sordes pari modo fugienda sunt: quia alterum delicias: alterum

Contra vestes preciosas.

Nota sententias de vestimentorum mollicie.

Sordes in veste dānantur.

Corrigit sententia sui inter-  
209.

Non debet esse  
deus vestis  
in die qui  
noctibus.

Deceat reprehensibilia in habitu religiosi.